

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1229

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

213. *Das St. Thomascapitel zu Straßburg beurkundet, daß die Kinder Spenders für das Seelenheil ihrer Mutter Hedwig der Mariencapelle in der Thomaskirche zwei Gärten im Bann von Königshofen geschenkt haben. 1229 Februar 12.*

Capitulum sancti Thome. noverit presencium etas et futura posteritas, quod
 5 duo filii quondam Dispensatoris, Fridericus et Burchardus, et due filie ejusdem,
 Gerdrudis et Agnes, divino instinctu pro remedio anime matris sue Hadewigis et
 sua propria salute contulerunt capelle sancte Marie in ecclesia nostra duos hortos
 proprios sitos in banno Kunegeshoven, de quibus annuatim solvuntur duodecim
 10 solidi et quatuor cappones, ut exinde lumen indeficiens in eadem capella singulis
 noctibus ministretur et in anniversario predictae domine duo solidi portario assignentur
 inter fratres presentes distribuendi. sic autem placuit eis et nobis visum est expe-
 dire, ut, quicumque fuerit ebdomedarius ecclesie nostre, quia magis videtur ad hoc
 ydoneus, prefatos hortos ad tempus vite sue libere possideat et censum recipiat et
 15 lumen capelle fideliter amministret et, si quid residuum fuerit, in suos usus convertat.
 si vero in illuminatione capelle negliens vel inutilis invenietur, quicumque fuerit
 decanus ecclesie nostre, de prebenda ipsius ebdomedarii tenebitur omnem defectum
 luminis adimplere. acta sunt hec anno domini 1229 in capitulo nostro, pridie
 idus februarii.

20 *T aus Straßb. Thom. A. lad. 6 (personnel) or. mb. c. 2 sig. pend. Gut erhaltne Siegel des
 St. Thomascapitels und Friedrich Spenders.*

Gedruckt darnach bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 306 nr. 24.

214. *In einer Urkunde Bischof Bertholds von Straßburg für die Kirche von
 Werd: datum anno domini 1229, pridie kalendas martii, presentibus R[einhardo]
 preposito¹, F[riderico] cantore², Ulrico scolastico, A[rnoldo] camerario, Richardo,
 25 magistro H[einrico] de Lutembach canonicis Argentinensibus et H[ugone] cantore
 Basiliensi. 1229 Februar 28.*

*Aus d. Solothurner Wochenblatt 1821 S. 373 nach einem Vidim. des Bischofs Johann von
 Straßburg, 1323 Mai 29 (die dominica proxima post festum s. Urbani).*

215. *Rüker Canonicus von Straßburg und Ulrich Canonicus von Haslach
 30 erkennen zu Recht, daß Walther Ritter von Brumat verpflichtet sei, der St. Thomas-
 kirche zu Straßburg jährlich vier Eimer Weins zu liefern. 1229 Mai 1.*

Rükerus Argentinensis et Ūlicus in Haselahe canonici omnibus presentem
 paginam inspecturis salutem in vero salutari. tenore presencium liquere volumus,

¹ Der Domprobst Reinhard ist in demselben Jahre auch Zeuge in einer Urkunde des Bischofs
 35 Konrad von Konstanz für das Kloster St. Blasien. Vergl. Württemberg. Urkundenb. III, 240.

² Der Domsänger Friedrich beurkundet 1228 eine Schenkung des Ritters Werner Stampf an das
 Kloster Hohenburg, u. A. mit den Zeugen Henrico plebano sancti Laurentii, Friderico servo nostro.
 Straßb. Bez.-A. G fasc. 1229 or. mb. c. sig. pend. delapso.

quod nos receptis testibus legitimis et eorum dicta secuti sentencialiter diffinivimus, quod Walterus miles de Brūmat filius Nibelungi tenetur reddere ecclesie sancti Thome de quatuor agris sitis in banno Talheim singulis annis quatuor amas boni vini ad mensuram, que in communi usu Argentine habetur. pretaxati quoque quantitas vini in curiam Ergersheim, que attinet jam dicte ecclesie, a prenominateo *Waltero* est transmittenda. ne autem super hiis, que a nobis ordine juris terminata sunt, possit deinceps questio suscitari, presentem paginam sigillorum nostrorum appositione decrevimus roborare. actum anno domini 1229, kalendis maji.

T aus Straßb. Thom. A. Titres lad. 10 or. mb. c. 2 sig. pend. laesis. Auf der Legende des einen Siegels noch zu erkennen: Rükerus pincerna.

10

216. *Vertrag der Bürger von Straßburg und Saarburg über die gegenseitige Erstattung von Schadenersatz durch Erhebung eines Marktzolles. 1229.*

In nomine sancte et individue trinitatis amen. ne rerum gestarum veritas cadat in oblivionem, litterarum debet memoria perhennari. noverint igitur tam presentes quam posteris presens scriptum inspecturi, quod, cum Theobaldus dux Lotharingie cives Argentinenses graviter dampnificasset¹ et ob hoc post hec rixe quam plures inter cives Argentinenses et cives Sarburgenses sint orte, tandem ex mandato et consilio dominorum, episcopi videlicet Argentinensis et episcopi Metenensis, honestis viris mediantibus inter cives predictos facta compositio talis, quod ex parte civium Argentinensium Gozelinus magister burgensium, Rudolfus de Zavernia, Fridericus de Hagenowe, Hartungus de Hechingen, Johannes de Sarburc, Siglinus Tiuscere, ex parte autem Sarburgensium Godefridus scultetus, Wiricus Vogelhunt, Wipertus, Nycolaus Loscebrant, Dietericus de Marsele, Fridericus Giude, super dampnis utriusque illatis veritate perscrutata, dampnificatis ex utraque parte ablata restituant, restitutionem autem ex consensu utriusque civitatis in hunc modum recuperando, quod mercatores Argentinenses in nundinis de singula libra civium Sarburgensium 2 recipiant denarios et e converso mercatores Sarburgenses de singula libra civium Argentinensium^a 1 denarium recipiant, quousque dampnificatis ex utraque parte ablata persolvantur. si autem cives Sarburgenses cum bonis suis, de quibus in nundinis theloneum non persolverunt, usque Argentinam pervenerint, similiter de qualibet libra 2 denarios sunt daturi. quicumque autem mercatorum utriusque civitatis prenotatum theloneum persolvere contradixerit, civitas sua compellat eundem, duplicem pro contumacia persolvere theloneum. preterea consenserunt in hoc cives Sarburgenses, quod ipsi pro bonis, que filii Gellingi in Argentina Simundo de Zavernia per iudicium persolverunt, nullam deinceps querimoniam moveant aut aliquam

a) *M* Argensium.

¹ *Aller Wahrscheinlichkeit nach auf dem Einfall ins Elsaß, den Herzog Theobald I von Lothringen im Jahr 1218 unternommen hatte. Cfr. Richerii Chron. Mon. Senonensis lib. 3 cap. 24.*